



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg de Bebenburg Serenissimorum DD.  
Fratrum Principum Electorum Colon. & Bavar. Ducum &c.  
... Dissertationes Theologicæ, Nomo-Canonicæ,  
Historicæ, & Politicæ Ad Constitutionem ...**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1690**

Serenissimo Et Reverendissimo Principi ac Domino, D. Josepho Clementi,  
Archiepiscopo Coloniensi, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38308**



*SERENISSIMO ET REVE-*  
*rendissimo Principi ac Domino,*

**D. JOSEPHO**  
**CLEMENTI,**

**ARCHIEPISCO-**  
**PO COLONIENSI,**  
**S. R. I. ELECTORI, ET**  
**PER ITALIAM ARCHI-**  
**Cancellario, S. Sedis Apostolicæ Le-**  
**gato nato, Episcopo Frisingensi &**  
**Ratisbonensi, Administratori Berchtesga-**  
**densi, utriusque Baviaræ, Superioris Pala-**  
**tinatûs, Westphaliæ, & Angariæ Du-**  
**ci, Landgravio Leuchtenbergensi**  
**&c. Principi ac Domino Cle-**  
**mentissimo.**

) ( 2

SERE-



*SE RENISSIME ET REVE-  
rendissime Princeps Elector,  
Domine Clementissime.*

**R***Em difficilem aggreditur  
Author, Serenitatis Vestrae  
Electoralis Plenipotentia-  
rius, dum salebrosam Sacrae Im-  
munitatis localis materiam, ex  
hoc critico (quo sanè magis, quàm  
aliàs unquam, juxta Philotam, &  
cùm indicamus, invisi; & cùm  
tacemus, suspecti sumus) Theo-  
logicè, Nomo-Canonicè, Historicè,  
atque Politicè tractandam assumit:  
in qua, pertinaci subinde studio Par-  
tium, pro suo quique impetu, mu-  
tuos fines hinc inde invadunt: qui-  
bus regundis quis par esse valeat,  
nisi qui, Principum Ecclesiastico-  
rum aequè, ac secularium judiciò,  
neutri parti suspectus, imò utrique  
pro-*



## EPISTOLA

probatus sit, quique nihil arbitrio  
 suo asserat; sed digito ad veritatis  
 fontes à semetipso delibatos inten-  
 to, procul omnifuco, turpi conni-  
 ventiâ, simulatione, animositate,  
 aut furore circensi, materiam præ-  
 sentem à prima origine repetat,  
 narratoque fideliter eius usu, ra-  
 tionibus Theologicis, atque autho-  
 ritati Canonum ac Legum, exem-  
 platum nova, tum vetera, ad histo-  
 ria sincerioris amussim perpensa,  
 conjungens, ex irrefragabilibus  
 hisce regulis in unum contractis,  
 iudicium exactum efformet, sine  
 quarum notitia multi saepe, acuto  
 licet ingenio præditi, pro solida ve-  
 ritate, coniecturas futiles, argu-  
 tias, & somnia mera depromunt.  
 Quantum verò in dissertationibus  
 hisce, inclyto Serenitatis vestrae E-  
 lectoralis Nomini humillimè in-  
 scriptis, præstiterit Author, lique-  
 bit ex ipsa rerum ab eo tractata-



## DEDICATORIA.

rum serie attentè decursa: in qua non mirum inveniri æquitatem, pacem, & utriusque iurisdictionis non rarò se collidentis limitem certum in confinio utriusque defixum, si de Authore prænoscamus, quòd, post exercitum duobus penè lustris Bambergæ publicum arcaniore Ministerii munus apud celeberrimæ memoria Principem D. PETRUM PHILIPPUM Episcopum Bambergens. & Herbipolensem, ad secularis deinde Principis, Serenissimi ac Potentissimi Electoris D. MAXIMILIANI EMMANUELIS utriusque Bavarie Ducis &c. Ministerium paricandore ac fide transierit, iteratissime Legationibus Romæ, Viennæ, & in pluribus Electorum, ac Principum Imperii aulis sæpenumerò functus, & ab ipsomet Augustissimo Imperatore nostro gravissimis negotiis cum fel. record. INNO-

CEN-



CENTIO XI. & Curia Romana  
 per biennium in Vrbe tractandis  
 adhibitus, rebus ibi non infeliciter  
 gestis, novissimè in Electione Se-  
 renitatis Vestra Electoralis in Ar-  
 chiepiscopum Colonienf. & S. R. I. E-  
 lectorè, displosis aduersariorũ stro-  
 phis, sinè dolo, sinè vi, sinè minis, sinè  
 muneribus, sinè promissis, spem fe-  
 rè omnium superârît, ac nihil sibi  
 difficile demonstrârît, in hac præci-  
 puè, & alia quavis materia Cano-  
 nica, cujus uberiorem notitiam sibi,  
 post absolutum Romæ, Parisiis, Pra-  
 gæ, Bambergæ, SS. Theologia, utrius-  
 que Iuris, & Historia Ecclesiastica,  
 studium, ex diuturna plurium an-  
 norum praxi comparavit, sicque se  
 Romæ, Vienna, Monachii, Bamber-  
 gæ, Herbipoli, gessit, ut laica non  
 minùs, quàm Ecclesiastica potesta-  
 tigratus extiterit, quin ullibi ta-  
 men subierit notam ignavi. Quod  
 cum in hoc opere pariter præstet



## DEDICATORIA.

abunde, ac utramque Iurisdictionem mirâ comitate conciliet: patietur Electoralis Serenitas Vestra, cui accini meritò potest illud olim à Chalcedonensi Synodo act. 6. acclamatum Marciano Augusto: τῷ ἱερῷ, τῷ βασιλεῖ! ut ad Aram clementiæ Serenitatis Vestræ (inter solennes applausus de obtenta securitate communi, post recuperatam feliciter hodie Bonnam, hostesque ex universo Serenitatis Vestræ Electoratu tandem ejectos) adgeniculabundus has de Jure Sacri A-syli Dissertationes, publicæ quietis fo-trices, humillimè suspendam, meque æternum profitear

Serenitatis Vestræ Electoralis

Colonia Agrippina,  
die 12. Octobris 1689.

Humill. & devotiss. servum

PETRUM ALSTORFF.

APPRO-